



II. classis  
**Dominica IX Post Pentecosten**  
✠

AD VESPERAS


Incipit



☩. De-us ✠ in adju-tó-ri- um me-um inténde.



℞. Dómi-ne ad adjuvándum me festí-na.



Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Sic-ut e-rat in princí-pi- o, et nunc,




et semper, et in saécu-la saecu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmi

Psalmus 109

7C2  
**D** i-xit Dóminus \* Dó-mino me- o : Sede a dextris me- is. E u o u a  
 e.

*Quæ non repetitur in Psalmo*



1. Di- xit Dóminus **D**ómino **me**-o: \* Sede a **dextris me**- is:
2. Donec ponam inimícos **tuos**, \* scabéllum **pedum tuórum**.
3. Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex **Sion**: \* domináre in médio inimicórum **tuórum**.
4. Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum: \* ex útero ante lucíferum **genui** te.
5. Jurávit Dóminus, et non poenitébit eum: \* Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órđinem Melchísedech.
6. Dóminus a **dextris tuis**, \* confrégit in die iræ **suæ reges**.
7. Judicábit in natióibus, implébit ruínas: \* conquassábit cápita in **terra multórum**.
8. De torrénite in **via bibet**: \* proptérea exaltábit **caput**.
9. Glória **Patri**, et **Fílio**, \* et Spirítui **Sancto**.
10. Sicut erat in princípio, et **nunc**, et **semper**, \* et in sácula sæculórum. **Amen**.


7C2  
**D** i-xit Dóminus \* Dó-mino me- o : Sede a dextris me- is.

Psalmus 110


3B

**M**


agna ópe-ra Dómi-ni, \* exqui-sí-ta in omnes vo-luntá-tes e-jus.



E u o u a e.



1. Confi-tébor ti-bi, Dómi-ne, in to-to corde me-o: \* in consí-li-o justó-rum, et



congre-ga-ti-óne.

2. Magna ópera **Dómini**: \* exquisíta in omnes voluntátes ejus.

3. Conféssio et magnificéntia **opus** ejus: \* et justítia ejus manet in *sæculum* **sæculi**.

4. Memóriam fecit mirabílium suórum, † miséricors et miserátor **Dóminus**: \* escam dedit timéntibus se.

5. Memor erit in *sæculum* testaménti **sui**: \* virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo **suo**:

6. Ut det illis hereditátem **géntium**: \* ópera mánuum ejus véritas, et *judícium*.

7. Fidélia ómnia mandáta ejus: † confirmáta in *sæculum* **sæculi**, \* facta in veritáte et *æquitáte*.

8. Redemptiónem misit **pópulo suo**: \* mandávit in ætérnum testaméntum **suum**.

9. Sanctum, et terríbile **nomen** ejus: \* inítium sapiéntiæ *timor* **Dómini**.

10. Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum: \* laudátio ejus manet in *sæculum* **sæculi**.

11. Glória **Patri**, et **Fílio**, \* et Spirítui **Sancto**.

12. Sicut erat in princípio, et **nunc**, et **semper**, \* et in *sæcula* *sæculórum*. **Amen**.

3B

**M**

agna ópe-ra Dómi-ni, \* exqui-sí-ta in omnes vo-luntá-tes e-jus.

## Psalmus 111

4G  
Q  
ui timet Dóminum, \* in mandá-tis e-jus cu-pit ni-mis. E u o u a  
e.



1. Be- á-tus vir, qui *ti met* **D**óminum: \* in mandá-tis e-jus vo-let **ni**mis.
2. Potens in terra erit *semen* **e**jus: \* generátio rectórum benedicétur.
3. Glória, et divítiæ in *domo* **e**jus: \* et justítia ejus manet in *sæculum* **sæ**culi.
4. Exórtum est in ténebris *lumen* **re**ctis: \* miséricors, et miserátor, et **ju**stus.
5. Jucúndus homo qui miserétur et cómmodat, † dispónet sermónes suos *in* **ju**dício: \* quia in ætérnum non commovébitur.
6. In memória ætérra *erit* **ju**stus: \* ab auditióne mala non timébit.
7. Parátum cor ejus speráre in Dómino, † confirmátum *est cor* **e**jus: \* non commovébitur donec despíciat inimícos **su**os.
8. Dispérsit, dedit paupéribus: † justítia ejus manet in *sæculum* **sæ**culi, \* cornu ejus exaltábitur in **gl**ória.
9. Peccátor vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet *et tab*éscet: \* desidérium peccatórum períbit.
10. Glória *Patri, et* **F**ílio, \* et Spirítui **S**ancto.
11. Sicut erat in princípío, et *nunc, et* **se**mper, \* et in *sæcula* **sæ**culórum. **A**men.

4G  
Q  
ui timet Dóminum, \* in mandá-tis e-jus cu-pit ni-mis.




## Psalmus 112

7C

S



it nomen Dómi-ni be-ne-díctum in saécu-la. E u o u a e.



1. Laudá-te, **pú**-e-ri, **Dó**minum: \* laudá-te **nomen Dó**mi-ni.

2. Sit nomen Dómini **benedíctum**, \* ex hoc nunc, et **usque** in **sæ**culum.

3. A solis ortu usque **ad** **occásum**, \* laudábile **nomen Dó**mini.

4. Excélsus super omnes **gentes Dó**minus, \* et super cælos **gló**ria ejus.

5. Quis sicut Dóminus, Deus noster, qui in **altis há**bitat, \* et humília réspicit in cælo **et in terra?**

6. Súscitans a **terra ín**opem, \* et de stércore érigens **pá**uperem:

7. Ut cóllocet eum **cum** princípibus, \* cum princípibus **pópuli sui**.

8. Qui habitáre facit stérilem in **domo**, \* matrem filiórum lætántem.

9. Glória **Patri**, et **Fí**lio, \* et Spirítui **Sancto**.

10. Sicut erat in princípio, et **nunc**, et **semper**, \* et in sácula sáculórum. **Amen**.

7C

S




it nomen Dómi-ni be-ne-díctum in saécu-la.


### Psalmus 113

PER

D



e- us autem noster in cae- lo : ómni- a quaecúmque vó- lu- it, fe- cit.




1. In éx-i-tu Isra-él de Æ **gý**pto, \* domus Ja cob de pópu-*lo* **bár**ba-ro:

2. Facta est Judéa sanctificátio ejus, \* Israël potéstas ejus.

3. Mare *vidit, et fugit*: \* Jordánis convérsus est *retrórsum*.
4. Montes exsultavérunt *ut aríetes*, \* et colles sicut agni *óvium*.
5. Quid est tibi, mare, *quod fugísti*: \* et tu, Jordánis, quia convérsus es *retrórsum*?
6. Montes, exsultástis *sicut aríetes*, \* et colles, sicut agni *óvium*.
7. A fácie Dómini *mota est terra*, \* a fácie Dei **Jacob**.
8. Qui convértit petram in *stagna aquárum*, \* et rupem in fontes *aquárum*.
9. Non nobis, *Dómine, non nobis*: \* sed nómini tuo *da glóriam*.
10. Super misericórdia tua, et *veritáte tua*: \* nequándo dicant gentes: Ubi est Deus *eórum*?
11. Deus autem *noster in cælo*: \* ómnia quæcúmque vóluit, **fecit**.
12. Simulácra géntium *argéntum, et aurum*, \* ópera *mánuum hóminum*.
13. Os habent, *et non loquéntur*: \* óculos habent, et non *vidébunt*.
14. Aures habent, *et non áudient*: \* nares habent, et non *odorábunt*.
15. Manus habent, et non palpábunt: † pedes habent, et *non ambulábunt*: \* non clamábunt in gútture **suo**.
16. Símites illis fiant qui *fáciunt ea*: \* et omnes qui confídunt *in eis*.
17. Domus Israël *sperávit in Dómino*: \* adjútor eórum et protéctor *eórum* est,
18. Domus Aaron *sperávit in Dómino*: \* adjútor eórum et protéctor *eórum* est,
19. Qui timent Dóminum, *speravérunt in Dómino*: \* adjútor eórum et protéctor *eórum* est.
20. Dóminus *memor fuit nostri*: \* et *benedíxit nobis*:
21. Benedíxit *dómui Israël*: \* benedíxit *dómui Aaron*.
22. Benedíxit ómnibus, *qui timent Dóminum*, \* pusíllis cum *majóribus*.
23. Adjíciat *Dóminus super vos*: \* super vos, et super *fílios vestros*.
24. Benedícti vos a *Dómino*, \* qui fecit *cælum, et terram*.
25. *Cælum cæli Dómino*: \* terram autem dedit *fíliis hóminum*.
26. Non mórtui *laudábunt te, Dómine*: \* neque omnes, qui descéndunt in *inférnum*.
27. Sed nos qui vívimus, *benedícimus Dómino*, \* ex hoc nunc et usque *in sæculum*.
28. Glória *Patri, et Fílio*, \* et Spirítui **Sancto**.




 u-cis Cre- á- tor óptime, Lu-cem di- é- rum pró-fe-rens, Primórdi- is  
 lu- cis novae Mundi pa-rans o-rí-gi-nem: 2. Qui mane junctum véspe-ri Di- em  
 vo-cá- ri praeci-pis: Il-lá-bi-tur te-trum cha- os, Audi pre-ces cum flé-ti-bus. 3.  
 Ne mens gra-vá- ta crí-mi-ne, Vi-tae sit ex-sul mú-ne-re, Dum nil pe-rénne có-gi-  
 tat, Se-séque culpis íl-li-gat. 4. Cae-léste pul-set ósti- um, Vi-tá- le tol- lat praé-  
 mi- um: Vi-témus omne nó-xi- um, Purgémus omne péssimum. 5. Praesta, Pa-ter  
 pi- ís-sime, Patríque compar Uni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa- rácli-to, Regnans per  
 omne saécu-lum. A-men.


 ✠ Di-ri-gá-tur, Dómi-ne, o-rá-ti- o me- a.



✠ Si-cut incénsum in conspéctu tu- o.

### Magnificat

criptum est e- nim \* qui- a domus me- a domus o- ra- ti- ónis est cun-  
ctis génti- bus : vos au- tem fe- cí- stis il- lam spe- lúncam latró- num; et e- rat quo-  
tí- di- e do- cens in templo. E u o u a e.

1. Magní- fi- cat \* á- nima *me- a* **D**óminum.
2. Et exsultávit spíritus **meus** \* in Deo salutári **meo**.
3. Quia respéxit humilitátem ancíllæ **suæ**: \* ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.
4. Quia fecit mihi magna qui **potens** est: \* et sanctum *nomen* ejus.
5. Et misericórdia ejus a progénie in progénies \* timéntibus eum.
6. Fecit poténtiam in bráchio **suo**: \* dispérsit supérbos mente *cordis sui*.
7. Depósuit poténtes de **sede**, \* et exaltávit **húmiles**.
8. Esuriéntes implévit **bonis**: \* et dívites dimísit *inánes*.
9. Suscépit Israël púerum **suum**, \* recordátus misericórdiæ **suæ**.
10. Sicut locútus est ad patres **nostros**, \* Abraham et sémini *ejus in sæcula*.
11. Glória Patri, et **Fílio**, \* et *Spirítui* **S**ancto.
12. Sicut erat in princípio, et nunc, et **semper**, \* et in sæcula *sæculórum*. **A**men.

8G

**S**criptum est enim \* qui-a domus me- a domus o-ra-ti-ónis est cun-  
ctis génti-bus : vos au-tem fe-cí-stis il-lam spe-lúncam latró-num; et e- rat quo-  
tí-di- e do- cens in templo.

### Oratio

*Ps.* Dominus vo-bís-cum.

*R.* Et cum spí-ri-tu tu-o.

Orémus.

Páteant aures misericórdiæ tuæ, Dómine, précibus supplicántium: † et, ut peténtibus desideráta concédas; \* fac eos, quæ tibi sunt plácita, postuláre.


Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: † qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, \* per ómnia sácula sæculórum.

*R.* Amen.


### Conclusio




∩. Dominus vo-bís-cum.




℞. Et cum spí-ri-tu tu- o.




∩. Bene-di-cámus Dó- mi-no.



℞. De- o grá- ti- as.



∩. Fi-délium á-nimæ per mi-ser-i-córdiam De- i requi-éscant in pa-ce.



℞. Amen.